e-codices

sationis animatus. discet non timere
quod timebat. sed potius optare ut ueniat
ille desideratus cunctis gentibus. sperans se
cum sanctis merito bonae actionis esse coronandum.
Unde autem fiduciam in die iudicii possimus
habere. plenius subdendo manifestat
Quia sicut ille est. et nos sumus in hoc mundo.
Numquid uero potest esse homo sicut deus? Sed memi
nisse oportet quod et supra dictum est. Quia semper
ad aequalitatem dei. sed sic dicitur ad quandam
similitudinem. Quomodo enim dicis. sic
aures habeo. ita habet et imago. Numquid
omnino sic? Sed tamen dicis sic. Si ergo facti
sumus ad imaginem dei. quare non sic deus sumus?
non aequalitate sed pro modo nostro. Inde ergo nobis
datur fiducia in die iudicii. quia sicut ille

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 268 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/it/csg/0262/268)